

iecur, non lien : si in sinistro inest, lien, non
 iecur malè afficitur. Tumor etiam, si in dextro
 hypochondrio sub nothis costis tactui occur-
 rit, iecur occupat : si circumscibitur, & in
ventris longitudinem exporrigitur, ipse in re-
ctis est musculis abdominis. Ac tumores alio-
 rum musculorum abdominis in utroque late-
 re ventris versus nothas costas tactu depre-
 henduntur. Nam externorum musculorum
 tumores, qui ad costas pertinent, facilè nobis
 innotescunt, quia sub sensum cadunt, atque spi-
 randi difficultatem accersunt. Tumores verò,
 qui inter nos costarum musculos occupant,
 quique pleurij dicuntur, pleuritidis naturam
 referunt. Qui quoque tumor sub pectine cir-
 cumscriptus tangitur, vesicam tenet. Qui de-
 nique foris ceruicem capitis occupat, eam de-
 clarat anginam, quæ per se non exitiosa est,
 teste Hippocrate aphor. 25. sectionis 6. & 37.
 eiusdem sectionis.

*Ad doloris proprietate affectarum partium
 & affectuum ipsarum signa sumi.*

C A P. IIII.

Dolor ubicunque percipitur, ibi mor-
 bum adesse significat. Quoniam autem
 ille diuersus est, ideo varias partium
 corporis differentias, quæ malè afficiuntur,
 distin-